Quelle: https://manuscripta.at/?ID=9153
Copyright: Melk, Benediktinerstift



124.

Et crassum ingenium. & sardo cum melle papaver
Offendunt. poterat duci quia cena sine istis.
Scimus natum mutentque poema mutandis.
Si paulum summo decessit. vergit ad imum.
Ludere qui nescit campestribus abstineat armis.
Indoctusque pilæ discive trochique quiescat.
Ne spissae risum tollant impune coronae.
Qui nescit versus tamen audet fingere. quid ni
Liber. & ingenuus præsertim census equestre
Summa nummorum. vicesque remotus ab omni.
Tu nihil invita dices. faciesve minerva
Id tibi judicium est. ea mens. si quid tamen olim
Scriberis. vivente descendat judice aures.
Et patris. & nostras. nonque premat magna
Sublimis. intus positus. delere licebit
Quod non edideris. nescit vox missa reverti.
Silvestris. homines sacer interpresque deorum
Cædibus. a victu fœdo deterruit orpheus.
Dictus ob hoc lenire tigres rapidosque leones.
Dictus & amphion thebanæ conditor arcis.
Saxa movere sono testudinis. & prece blanda
Ducere quo vellet. fuit hæc sapientia quondam.
Publica privatis secernere. sacra profanis.
Concubitu prohibere vago. dare jura maritis.
Oppida moliri. leges incidere ligno